

penitus liberaremus, ut quietis tandem agere nobis id quod superest æstatulæ liceret; id verò ne dictum quidem esto, alio certè quàm isto, quo modo diximus, animo dictum non esse sanctè contestamur.

EPIMETRA.

I.

Quod vulgò credunt, rigidorem hyemem à vere & estate placi-dore excipi; id non solum nupera adeò experientia confutat, sed ratio quoq; manifesta refellit.

II.

Frustrà Sirio tribuitur canicularium dierum æstus, qui Soli unicè debetur.

III.

Nulla fortè nec est, nec fuit, nec erit unquam nox in regionibus terræ subpolaribus.

IV.

Nec adeò absurdè sibi quis persuaderet: Ibidem circa solstitium æsti-vum tantundem ferè æstus sensurum θέσιον incolam, quantum nauta Batavus in patria sentit eodem tempore.

V.

Non est & estate frigidior quàm hyeme aut aqua putealis aut aër subter-raneus, uti vulgò creditur:

VI.

Ideoq; fictitium phænomenon frustrà per antiperistasin adhuc magis commentitiam explicatur.

VII.

Non ineptè sentiret, qui Sensum omnem internum diceret; Salvo ta-men interim quinario sensuum externorum numero.

Errata extantiora ita corrigan-tur.

Pag. 7. lin. 6. leg. αἴρεσιν. p. 20. l. 14. experimento. p. 24. l. 10. quâ solâ. p. 27. l. 3. experimentum. p. 32. l. 6. scientiarum. & l. 20. χαλεπή. p. 46. l. 9. & 10. prudentissimorum.

Coll. diss. A. 119, misc. 24